

sedes est Satanæ; & tenes nomen meum, & negasti fidem meam. Et in diebus illis Antipas testis meus fidelis, qui occisus est apud vos, ubi Satanæ habitat.

VERSIONES.

Tygr. Vatabl. Et Angelo Pergamen- n.2, sis Ecclesiæ scribe. Hæc dicit; qui habet gladium ancipitem, & acutum.

Arias. Et Angelo illius in pergamo Ecclesiæ scribe: hæc dicit habens romphæam ancipitem, & acutam.

Arabicus. Habens gladium duarum acierum secantem.

Syrus. Qui habet illum gladium acutum duorum orum.

Aret. Occu. n. 13. Novi opera tua. Arias. Scio opera tua, & ubi habitas, nempe ubi thronus est Satanæ.

D. August. Ubi introitus est Satanæ.

Syrus. Retines nomen meum, & non abnegasti fidem meam in diebus illis, quibus spectaculum factus est ille testis meus, ille fidelis meus, qui occisus est apud vos.

Arabicus. Quibus occisus est fidus testimonii mei professor, occisus inquam apud vos in loco domicilii Satanæ.

EXPOSITIO VIII.

276. T Angelo Pergami. Et est tertia Epistola scripta Episcopo Pergami, quæ est urbs clarissima Asiæ minoris, a quo nomine Troia dicta; cuius autem fuit ipse Episcopus, certò non liquet. Qui habet romphæam utraque parte acutam, seu ancipitem, & acutam, seu gladium duorum orum, de quo facta est mentio cap. 1. numero 6. Et Christi exemplo hortabatur Episcopus ut animosè, ac audacter assumeret romphæam, seu gladium verbi Dei,

illumque vibraret contra Nicolaitas, aliosque hæreticos.

277. Scio ubi habitas, bene agnosco quantis abominationibus sit plena civitas, in qua es Episcopus, ubi sedes est Satanæ, Græcus, ibro- nus: nam ibi Satanæ partim per idololatrias tyrannos, partim per hæreticos Nicolaitas dominatur. Tenes nomen meum; Constans, & perseverans fuisti in confessione nominis mei, & non negasti fidem meam in illis diebus, quando inimici nominis mei maxime sæviabant, & ac prosequerentur meos fideles: Antipas testis meus fidelis occisus est. Antipas fuit Episcopus Pergami, ac insignis Martyr, cuius martyrium habetur apud Surium die 11. Aprilis.

QUESTIO XXXIV.

Qualis nam urbs esset Pergamus, & quisnam ejus Episcopus.

278. Pergamus vel Pergamum clarissima fuit urbs Asiæ minoris, vel Troadis, quam Silenus fluvius irrigat, ut testantur Plinius, & Ptolomæus: ita appellata, quod edita in rupe sita esset: nam Pergama olim loca omnia editiora dicebantur, & inde merito dicta Satanæ sedes, qui enim dixerat olim, In celo conscendam, super astra Dei exaltabo solum meum. Isai. 14. num. 13. præ sua superbia semper altiora quærit. Dicta est etiam hæc civitas Troia, sub Regibus Attalicis valde fortunata; & maxime nobilitata est, cum in ea ortus esset Galenus Medicorum princeps, & Apollodorus Rhetor Augusti præceptor, in eaq. mortuus est P. Scipio vir illustrissimus teste Cicerone orat. pro Flacco. Pergami, ut ait Varro, reperta, ac inventa sunt membrana, quæ inde dicta sunt Pergamæna, quibus olim pro papyro, & charta utebantur, & nos modò utimur in rebus magni ponderis.

279. Quisnam esset iste Episcopus Pergami maxime lis est sub judice. Non enim fuit Antipas, ut aliqui dixerunt, de quo fit mentio modò sequenti numero 13. Jam enim ipse mortuus erat cum hæc scriberentur à Ioanne. Non etiam fuit Carpus, ut scribunt Aureolus, & Lyranus: nam licet S. Carpus fuerit martyrio coronatus Pergami sub Antonino Imperatore; ut tradit Eusebius lib. 4. Histor. capite 15. ipse tantum ait, quod fuerit Pergami occisus, non tamen quod extiterit eius Episcopus; & Martyrolog. Romanum die 13. Aprilis S. Carpum Martyrem vocat Episcopum Thyatiræ, non Pergami. Et Sanctus Carpus fuit vehementissimus in zelo, & non remissus, volebat in visu illum ad tartara detrusum, qui Christianum quendam se duxerat.

280. Nec etiam fuit Sanctus Papias discipulus Ioannis Evangelistæ, ut alii dixerunt, nam hic fuit Antistes Ecclesiæ Hieropolitanae,

litanae, ut habet Martyrolog. Roman. 22. Februarii. Quis ergo fuerit iste Episcopus Pergami non certò liquet.

QUESTIO XXXIX.

Quare Christus scribens Angelo Pergameno dicit se habere romphæam ex utraque parte acutam?

281. Sic Christus introducit loquens cum Episcopo Pergameno. Hæc dicit: Qui habet romphæam ex utraque parte acutam. Romphæa idem est, ac gladius anceps; ut patet ex varietate lectionum: de hoc gladio ancipiti multa dixi superiori cap. quæst. 67. 68. 69. Difficultas præsens est, cum in Christi persona multa se ostentaverit, ut vidimus in ipso cap. capilli candidi, oculi ut flamma ignis, facies resplendens ut sol, gladius acutus in ore; & alia: tamen cum scribitur Episcopo Pergameno solum de gladio ancipiti fit mentio.

282. Respondet primò, Joachimus Abbas: Testimonium sapè numerè, ait: Pare: familiæ. eos quibus rei familiaris dispensatio crederet, diversa enim aversis disponere, & de his, quæ pertinent ad singulos seorsum cum eorum singulis, & quasi sigillatim tractare: non enim cum multis de legum statutis disputant, nec cum Philosophis de peritia militum: sed sigillatim cum his illis de propriis: sic unigeniti Dei Filii, de cuius plenitudine omnes accepisse gaudemus; cum supra num. 8. loqueretur Martyribus, eos ad spirituales malitiam, & mortem non verendam hortabatur, dicens, hæc dicit Primus, & Novissimus, qui fuit mortuus, & vivit. Nunc verò exemplo tuo monet Episcopum ut audenter gladio verbi Dei adversus hæreticos Nam eodem modo cum omnibus agendum, sed secundum unicuique conditionem, Martyres hortatur ad palmam Martyrii cum pro eo moriatur qui fuit mortuus, & vivit, ut eis præmia conferat. Nunc verò cum Pergameno Episcopo agens; ipsum movet ut suam magistrum imitetur, ut romphæam verbi Dei, & contra Nicolaitas, aliosque hæreticos vibret, & cum ea adversus eos pugnet, & qui gladio verbi Dei est armatus, omnem inimicum contempnat, & nullum timeat. Ita Alcazar, Cornelius: & ratio est genuina.

283. Secundò, Richard. Victor. Talem, ait, apparet similitudo filii hominis, filium hominis ipso iudicio sermonis Episcopo Pergameno designavit, ut scilicet ea, quæ corrigenda erant corrigere, & ad iudicium de adjutorio posse sumere: si nollet, posset de vitio formidare: ait ergo qui habet romphæam ex utraque parte acutam potest adjuvare, si velit corrigere in corpore, & in spiritu, utriusque vitia reserare: si non vis corrigi, potens est, ut in utraque condemnare. Cur in proemio Epistolæ ad Episcopum Pergamenum, ait Christus se habere romphæam ex utraque parte acutam, Christus reprehendens Episcopum, ait ei, habeo adversum te paucos, inde cum tali

284. Romphæa se exhibet ei Dominus; ut Episcopus maxime animetur; ut si monita salutis suscipiat, etiam se emendare voluerit nullum timeat, cum pro sui adjutorio habeat Christum cum gladio ex utraque parte acuto, ut eum custodiat anima, & corpore; & si ipse noluerit respicere ac se emendare, sciat quod contra se habet Christum, qui anima & corpore potest eum damnare: ex quo bene admonetur; non timendum Cælarem persecutorem, sed Christum, qui animam, & corpus sua romphæa potest perdere.

285. Tertio, Primasius: Ideo, ait, bis acutus hic gladius dicitur, quia militem armat, hunc necat, desertorem puni. Dicitur gladius ex utraque parte acutus, quia sui cultores milit, & armat ad sui defensionem, adversarios dispergit, & interficit, & ideo cum pro se habeat Christum, nihil ei timendum est.

286. Quarto, Aretas. Ex eo quod hic gladius, ait, præter hoc quod utriusque incidit, etiam acutus dicitur, adhuc etiam accelerationem indicat qui divinis non obtemperanti iussis. Non solum gladius dicitur utriusque oris, sed etiam accelerationem quam habet adversus iniquos ac lascivos, contra quos hic d. strictus ostendebatur, ut erant Nicolaitæ, qui urpissimè lasciviam indulgebant, & ideo celeratissima poena in eos minabatur.

287. Quintò, Rupertus. Pergamus interpretatur, dicitur cornu eorum, ut que Angelus iste in secundum nomen Ecclesiæ suæ, quod est Pergamus, dividat, etque discernat a sana doctrina doctrinam Balaam, sive doctrinam Nicolaitarum per sanctum scientiam spiritum, Angelo Pergameno apparet Dominus gladio duplicis oris, ut eum admoveat, omne suum studium adhibendum esse, ut divisionem, ac separationem faciat inter doctrinam bonam, & malam, inter nempe sanam doctrinam & pravam Balaam, sive Nicolaitarum dogmata.

288. Sextò, Pantionius ait in hac Epistola fieri allusionem ad historiam Balaam, numer. 22. contra quem, ejusque animam Angelus evaginato gladio stetit; ex quo facto duo in presenti denotantur; primò facta carnalia Nicolaitarum in astra significata corrigenda erant, & hæc eorum facta aperte ostenduntur in his verbis, edere, & fornicari. Secundò erat dogma ipsum perdendum significatum in Propheta iniquo, & ideo ad hæc duo disperdenda Dominus veniebat cum romphæa duplicis oris, deinde quia sicut Balaam, ac dectatores doctrinæ ejus gladio interfecti sunt. Num. 31. n. 8. sic Nicolaitæ tenentes doctrinam Balaam gladio divinæ justitiæ perimendi erant: qui in eodem crimine sunt, eadem poena afficiuntur.

289. Septimò Maxime ponderandum quod mandatur nostro Joanni scribere septem Epistolas septem Asiæ Episcopis, variis tamen inscriptionibus in proemio. Nam Episcopo Ephesino scribe: Hæc dicit, qui tenet septem stellas in dextera sua, Apocal. 2. num. 1. Episcopo Smyrnæ Ecclesiæ scribe: Hæc dicit Primus & Novissimus, Ibidem n. 8. Episcopo Thyatiræ Ecclesiæ scribe: Hæc dicit filius Dei, qui habet oculos tanquam flammam ignis, Ibid. n. 18. Angelo Ecclesiæ quam flammam ignis, Ibid. n. 18. Angelo Ecclesiæ

284. Primasius dicitur, quia cultores armat, necat, desertorem puni. Dicitur gladius ex utraque parte acutus, quia sui cultores milit, & armat ad sui defensionem, adversarios dispergit, & interficit, & ideo cum pro se habeat Christum, nihil ei timendum est.

285. Tertio, Primasius: Ideo, ait, bis acutus hic gladius dicitur, quia militem armat, hunc necat, desertorem puni. Dicitur gladius ex utraque parte acutus, quia sui cultores milit, & armat ad sui defensionem, adversarios dispergit, & interficit, & ideo cum pro se habeat Christum, nihil ei timendum est.

286. Quarto, Aretas. Ex eo quod hic gladius, ait, præter hoc quod utriusque incidit, etiam acutus dicitur, adhuc etiam accelerationem indicat qui divinis non obtemperanti iussis. Non solum gladius dicitur utriusque oris, sed etiam accelerationem quam habet adversus iniquos ac lascivos, contra quos hic d. strictus ostendebatur, ut erant Nicolaitæ, qui urpissimè lasciviam indulgebant, & ideo celeratissima poena in eos minabatur.

287. Quintò, Rupertus. Pergamus interpretatur, dicitur cornu eorum, ut que Angelus iste in secundum nomen Ecclesiæ suæ, quod est Pergamus, dividat, etque discernat a sana doctrina doctrinam Balaam, sive doctrinam Nicolaitarum per sanctum scientiam spiritum, Angelo Pergameno apparet Dominus gladio duplicis oris, ut eum admoveat, omne suum studium adhibendum esse, ut divisionem, ac separationem faciat inter doctrinam bonam, & malam, inter nempe sanam doctrinam & pravam Balaam, sive Nicolaitarum dogmata.

288. Sextò, Pantionius ait in hac Epistola fieri allusionem ad historiam Balaam, numer. 22. contra quem, ejusque animam Angelus evaginato gladio stetit; ex quo facto duo in presenti denotantur; primò facta carnalia Nicolaitarum in astra significata corrigenda erant, & hæc eorum facta aperte ostenduntur in his verbis, edere, & fornicari. Secundò erat dogma ipsum perdendum significatum in Propheta iniquo, & ideo ad hæc duo disperdenda Dominus veniebat cum romphæa duplicis oris, deinde quia sicut Balaam, ac dectatores doctrinæ ejus gladio interfecti sunt. Num. 31. n. 8. sic Nicolaitæ tenentes doctrinam Balaam gladio divinæ justitiæ perimendi erant: qui in eodem crimine sunt, eadem poena afficiuntur.

289. Septimò Maxime ponderandum quod mandatur nostro Joanni scribere septem Epistolas septem Asiæ Episcopis, variis tamen inscriptionibus in proemio. Nam Episcopo Ephesino scribe: Hæc dicit, qui tenet septem stellas in dextera sua, Apocal. 2. num. 1. Episcopo Smyrnæ Ecclesiæ scribe: Hæc dicit Primus & Novissimus, Ibidem n. 8. Episcopo Thyatiræ Ecclesiæ scribe: Hæc dicit filius Dei, qui habet oculos tanquam flammam ignis, Ibid. n. 18. Angelo Ecclesiæ quam flammam ignis, Ibid. n. 18. Angelo Ecclesiæ

290. Nec etiam fuit Sanctus Papias discipulus Ioannis Evangelistæ, ut alii dixerunt, nam hic fuit Antistes Ecclesiæ Hieropolitanae,

Sardis, scribe: Hac dicit qui habet septem spiritus, & septem stellas, cap. 3. num. 10. Episcopo Phladelphie Ecclesie scribe: Hac dicit qui habet clavem David, ibid. num. 7. At vero nunc Angelo Pergami Ecclesie scribe: Hac dicit qui...

Cum heretici in gladio oris Domini sugnandum.

D. Ambr.

Andr. Cæf.

289.

Cant. 3.

Theod. D. Ambr.

Adversus hereticos gladio utendum. Calliod. Beda.

QUESTIO XL.

Quare dicitur Episcopo Pergameno, quod tenens Christi nomen, habitet ubi sedes est Satanæ.

290. Græcus. Quare Pergamus sedes Satanæ.

Ubi sedes est Satanæ, Græcè legitur Thronus, ad denotandum Satanam Pergami tanquam in proprio loco regnare: Reges, ac Prælati ibi dicuntur suum thronum habere, ubi præcipue suam exercent potestatem, ac dominationem, & ideo Aretas existit mat Pergamum idolatriæ deditam esse super cæteras

Asia civitates. Dicitur sedes Satanæ ob idolatriam quæ ibi maxime regnabat. Deinde fit allusio ad significationem Pergami denotans sedem Satanæ, elationem nempe in Pergamo expressam, dicit enim, significat habitationem in excelso: ac proinde ob tria maxime constituebatur sedes Satanæ. Et hæc sunt elatio, crapula, & luxuria, edere, & fornicari, ut dicitur vers. 12. adjuncta hypocrisis, in malo falsoque Propheta significata.

Primo pro magna laude hujus Episcopi dicitur quod tenuerit nomen Christi, & fidem ejus non negaverit, in civitate nempe, in qua sedes erat Satanæ. D. Greg. Magn. lib. 1. Moral. cap. 1. ponderans illa verba: Vir erat in terra Huius nomine Job, sic ait. Idcirco Sanctus vir ubi habitaverit, dicitur ut ejus virtutis meritum exprimat. Huius namque quis nesciat quod sit terra Gentilium? Gentilis autem eo obligata virtutis extitit, quod cognitionem sui conditoris ignoraverit. Dicitur itaque ubi habitaverit, ut hoc ejus laudibus proficiat; quod bonus inter malos fuit, neque enim valde laudabile est bonum esse cum bonis, sed bonum esse cum malis, & post pauca subdit: Hinc Angelo Pergami Ecclesia dicitur. Scio opera, ubi habitas, ubi est sedes Satanæ, & tenes nomen meum, & non negasti fidem meam. Hinc Ecclesie sponsi voce laudatur, cum ei in amoris Cantico dicitur, Cant. 2. n. 2. Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias. Bene ergo Job in memorata terra gentili, quod etiam de Episcopo Pergameno dic, inter iniquos vixisse describitur, ut juxta sponsi præconium inter spinas filium crevisse monstratur. Valde firma, constants, ac perseverans est virtus quæ consortio, ac exemplo malorum non corrumpitur. Recte ait D. Hieron. epistol. 12. Neque undecim Apostoli Iudæ prodicione sunt facti, nec Philito, & Alexandro faciensibus naufragium, ceteri a cursu fidei defecerunt.

Secundo, Richardus Victorinus: Satanæ super alios per culpam ambulat: aut irrascolat, in istis per consuetudinem diutius sedet, & cognoscit; liquet igitur istos longe à Deo remotos fuisse in quibus Satanæ non viam, sed sedem prohibetur habuisse. Non dicitur quod ibi Satanæ ambulat, seu transolvat, sed quod ibi sedes illius sit, seu ut habet Græcus, Thronus: super quodam ambulat Satanæ, quia eos subito, & ex improvise, in malum præcipirat, tamen in eis sedem non constituit, quia citò, & indilate per penitentiam resurgunt. Alios vero non solum per culpam calcatur, sed etiam per præyam consuetudinem regni sui sedem in eis constituit, & illos tanquam eorum Dominus sub sua potestate in omni malo firmatos tanquam captivos tenet.

Tertio D. Primas. Thronus Satanæ, ait, homines sunt quos nequiter possidet; sed è cætera cor iusti est thronus quidem regalis, in quo Deus residet, & adoratur: quod non obscure expressum fuit in regio illo throno, quem ex ebone fecit sibi Rex Salomon. Ebor enim propter candorem animæ puritatem significat: quæ autò, id est charitate vestitur. Cum dicitur ibi sedes est Satanæ, seu ut Græcè legitur thronus, quod non tantum de urbe Pergami intelligitur, sed de aliquibus illius malis civibus, in quibus Satanæ sic habet in

in illis suam sedem & thronum, ac si in illis delictetur & gaudeat, tanquam si in throno, ac sede sua sederet, ut docet citatus Primas. quod confirmat ex eo quod Deus dicitur habitare in corde iustorum, in cuius rei typo Salomon fecit thronum de ebone grandem, & vestivit eum auro, 3. Reg. 10. n. 18.

3. Reg. 10. 294.

Quarto, maxime modus loquendi textus sacri notandus est; dicitur primò de Pergamo: Scio ubi habitas, ubi sedes est Satanæ, & commemorato martyrio Sancti Antipatis subditur, qui occisus est apud vos, ubi Satanæ habitas. Nonne satis erat dicere Pergamum sedem, ac thronum esse Satanæ, ad quid ultra dicitur esse eius habitationem: ubi Satanæ habitat? Plus est al cubi habitare: quàm ibi federe; ecce cur de Dæmone primò dicitur, quod ibi sederet, deinde quod ibi habitare, quia Dæmonis sævitia & immanitatis in servos Dei, numquam minuitur, nec quiescit, sed semper prompta, & exposita est, & accrescens nova mala & damna super nos accumulet, unde pro filiis suis ait Ecclesia, sæpe expugnaverunt me à juventute mea; id est, ut explicat D. August. noster Incognitus, Beda & alii ab initio instant, ac sine intermissione tyranni, ac ministri Satanæ me impugnaverunt, multis ad inventionibus suis, ac machinationibus quibus multa, & diversa certamina contra me inferebant.

Dæmonis sævitia contra filios Ecclesie nunquam minuitur, sed potius crescit.

D. August. Incognit. Beda.

295. Psalm. 61.

Chald. D. August.

Rabies Dæmonis malum super malum apponit adversus hominem.

296. Luc. 22. Syriacus.

Ait Regius Vates Psalm 61. num. 4. Quisque irruat in hominem; interficiat unum de vos, tanquam parviti inclinatio & macerie depulsa. Magna quidem Dæmonum rabies & crudelitas, quod omnes in hominem unum exurgant in hominem unum irruant, sed illa major rabies eorum, quod omnes illi hominem unum interficiant, interficiat unum de vos: vos universi interficiat, vel ut Chaldaus explicatius habet Cuncti evaditis homicidæ. Sed jam ante addubitat Augustin. quomodo tot hostium turmæ tot inimicorum myriades, unum hominem oim possunt interficere? Sanè ab uno interficiat iam rei quos non timebit, jam reliqui non habebunt quem occidant: quomodo ergo dicuntur cuncti occidere; verba Augustini rationem reddunt, quæ sic sonant. Quosque apponit super hominem in quibus verbis maxime expendendum est illud verbum appono, id est iuxta appono, appono unum super aliud: tanta est Dæmonum sævitia ut quilibet eorum malum super malum adversus hominem ponat: Dæmonum crudelitas non fatiatur, quod ab uno eorum sit malum homini illatum, sed ut sic omnes insurgunt in eum, ut quilibet eorum malum super malum addat ut cuncti sint ad hominem perdendum.

Ait Christus Dominus ad discipulos suos Luc. 2. num. 31. Ecce Satanæ expedit vos, ut erubescet sicut triticum. Ad quid expedit, seu postulat, legit Syriacus, à Deo Patre Satanæ Domini discipulos, ut quietè, & placidè vivant; maxime ut eos agitet, veritet, ac multis laboribus, & calamitatibus circumcingat, sicut triticum in cribro, quod ibi est, non ut quietescat, sed ut vehementi allusione agitetur ac ventiletur: sic & homines quando sunt in hoc sæculo magna tentationum congerie à Dæmone exagitantur, ac circumvolvuntur. D. Masseyra in Apocalypsim. Tom. 1.

charius homil. 5. Quemadmodum, ait, triticum in cribro ejus, qui trahat illud, alliditur, & agitur in ipso assidue vertitur, ita princeps nequitiæ cunctos homines rebus terrenis agitat, turbat, & commovet.

QUESTIO XL I.

Quare Episcopo Pergameno proponitur Sanctus Antipas Martyr, de quo etiam agitur?

Dicitur huic Episcopo. Tenes nomen meum, & non negasti fidem meam, & in diebus illis Antipas testis meus fidelis qui occisus est apud vos: Ac si sensus sit, tenes nomen meum palam profitendo te esse nominis mei cultorem, & non negasti fidem meam; eamque inter tot minas, ac terrores nullatenus deseruisti, & etiam viso crudeli spectaculo, ac martyrio Antipæ, in fide & constantia non nutasti, sed potius firmior & valior evasisti, paratus etiam cum illo eadem tormenta pro nomine meo sustinere.

297.

Laudatur constantia Episcopi Pergami.

Cum crudeli, ac maxima immanitate Sancti Antipæ pro fide Christi occisus est. Nam cum Pergami publice Christum prædicaret, Dæmonesque ferri coegerit, quod à se per Christi nomen invocatum fugarentur, tum captus à Prælide, & ductus ad Dianæ templum in confessione fidei Jesu Christi firmissime perseverans, in bovem aeneum multo igne candentem Deum benedicens, & laudans coniectus est, gloriosissima martyrii laurea perfunctus in cælum evolavit, anno Domini 93. Domitiani 10. de quo Surius die 11. Aprilis, Surius. Proindeque cum in textu dicitur hic, in diebus illis, denotatur annus prædictus, quo etiam tempore teste Aretæ, Metaphraste, Aretas, Baronio, & aliis Sancti. Joannes in Asia captus, vincetus Romam est missus, & in ferrens oleum immisus, purior & vegetior exivit: Bos autem aeneus, in quo crematus fuit Sancti. Antipæ Pergamo translatus est Constantinopolim, & collocatus in templo Apollol. ut ex Cedren. tradit Baron. anno Christi 330.

298. Mors gloriosa Antipæ.

Dum autem Sancti. Antipæ fidelis Christi testis vocatur, signum planè est, quod verbo & exemplo, ac etiam sanguinis sui effusione testimonium veritati fidei Christianæ perhibuerit, quæ doquidem Martyr Græcè, Latine testis dicitur; & talis proponitur in exemplum Episcopo Pergameno, ut ejus fidei constantiam imitetur, Richardus Victorinus. Proponitur ei, ait, Antipæ testis Christi fidelis, qui propter Christum, & fidem Christi penas sustinuit occisionis, ut ipsum Antipam imitando etiam moriem pro Christo, si necesse fuerit, sustineat.

299. Antipæ testis fidelis.

Secundò, Cælius Pannonius, ait, Antipæ contra omnes interpretatur, quod planè Ecclesiam, ac quemcumque fidelem designari; Ecclesia namque piorum contra omnes iniquos sanctitudinis perfectione adstat, nihil operibus eorum consentiens, quæ cum omnibus vita hujus commodis in electis veritatem præfert, Pannon.

300.